

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium monasticum

Paul <V., Papst>

Constantiae, 1660

Officium S. P. Benedicti [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-140162](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-140162)

eillae suae: ecce enim ex hoc beatam
me dicent omnes generationes.
Quod si animum accommodaueris
vniuersis eius verbis; non vtiq; per
diffidium negaueris eam fuisse Pro-
phetissam, quod Domini Spiritus in
eam superuenerit, & virtus Altissi-
mi obumbraverit ei.

MENSE DECEMBRI

ante Aduentum.

Ex libro Officiorum sancti Am-
brosij Episcopi.

Lib. I. cap. 8.

Letitio iij.

Bonus regendae castitatis pudor
est comes, qui primus in ipso

cognitionis ingressu Domini matrē
commendat legentibus, & tamquam
testis locuples, dignam, quae ad tale
manus eligeretur, astruit: quod in
cubiculo, quod sola, quod salutata
ab Angelo tacet, & mota est in in-
troitu eius: quod ad virilis sexus spe-
ciem peregrinam turbatur aspectus
virginis. Itaque quamuis esset hu-
milis, praereuerentia tamen non re-
salutauit, nec vllum responsum retu-
lit, nisi vbi de suscipienda Domini
generatione cognouit: vt qualiter
effectus disceret, non vt sermonem
refelleret.

OFFICIUM

S. P. BENEDICTI,
PRO QUALIBET FERIA TERTIA,

Officio Duplici, aut Semiduplici, Vigilia, Quadra-
gesima, & Aduentu non impedita.

IN VESPERIS

Feriae secundae non impeditae di-
cuntur Psalmi seriales, vt in Psal-
terio.

Capitulum. *Ecclesi. 31. 4. 8.*

Beatissimus vir, qui inuentus est
sine macula; & qui post au-
rum non abiit, nec sperauit in
pecuniae thesauris. Quis est hic,
& laudabimus eum? fecit enim mi-
rabilia in vita sua. *R.* Deo gra-
tias. *R. br.* Os iusti, *Meditabitur
sapientiam. Osiusti. *ψ.* Et lingua
eius loquetur iudicium. Meditabi-
tur. Gloria Patri. Os iusti.

Hymnus.

Laudibus eius resonent ca-
noris

Templa solemnes moduletur hym-
nos,

Aurea summi Benedictus arce
Gaudet Olympi.

Ille florentes peragebat annos,
Cum puer dulcis patriae penates
Liquit, & solus latuit silenti
Conditus antro.

Inter vrticas, rigidosque sentes
Vicit altricem scelereum iuuentam:
Inde conscripsit documenta vitae
Pulchra beatæ.

Aream turpis Clarij figuram,
Et nemus frauit Veneri dicatum,
Atque Baptistæ posuit sacro
Monte sacellum.

Iamque felici residens Olympo,
Inter ardentis Cherubim caeteruas
Spe

Spectat, & dulci reficit clientum
Corda liquore.

Gloria Patri, genitæque Proli,
Et tibi compar vtriusque semper
Spiritus alme, Deus vnus, omni
Tempore sæcli. Amen.

Amavit eum Dñs, & ornauit eū.

Stolam gloriæ induit eum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Sanctissime* confessor Dñi, Monachorum Pater, & Dux Benedicte, intercede pro nostra, omniumque salute.

Oratio.

Intereffio nos, quæsumus Domine, beati Benedicti Abbatis commendet: vt quod nostris meritis non valemus; eius patrocinio affequamur. Per Dominum.

Post Orationem fiunt Commemorations consuetæ, vt in Breuiario, omnia illa S. Benedicti.

Quod si in Vesp. Feriæ ij. præcedentis fuerit Officiū xij. Lectionū, & tantum de S. Benedicto commemor. cum Añā. & Oratione vt supra in Vesperis.

Ad Matutinum, Inuitat. Regem Confessorum Dominum: Venite adoremus. Psalm. Venite, exult.

Hymnus.

Quidquid antiqui cecinere vates,
Quidquid æternæ monumenta legis
Continet nobis celebranda summi
Vita Monarchæ.

Extulit Mosen pietas benignum,
Inclytum proles Abraham decorat,
Isaac sponsæ decus, & seueri
Iussa parentis.

Ipsè virtutum cumulosis onustus,
Celsior nostri Patriarcha cætus,
Isaac, Mosen, Abraham sub vno
Pectore clausit.

Ipsè, quos mundi rapuit procellis
Hic, pius statuat statuat secundo,
Pax vbi nullo, requiesque gliscit
Missa pauore.

Gloria Patri. vt supra in Vesp.

In j. Nocturno, Añā, & Psalmi,
vt in Psalterio de Feria iij.

Os iusti meditabitur sapientiā,
& lingua eius loquetur iudiciū.

Absolutio. Ipsius pietas & misericordia nos adiuuet, &c.

Pro prima Lectione, Benedictio. Ille nos benedicat, qui sine fine viu-
uit, & regnat. Amen.

Prima Lectio in Hieme dicitur de Scriptura corrente.

Secunda & tertia, de libro secundo Dialogorum S. Gregori Papæ de vita & miraculis S. P. Benedicti, vt infra.

In Æstate verò habentur singulis mensibus propria.

Sanctus Benedictus plus appetit mala mundi perperci, quam laudes: pro Deo laboribus fatigari, quam vitæ huius fauoribus extolli. Diuina namque preuentus gratia, magis ac magis ad superna animo suspirabat. Quam.

Pro ij. Lectione, Benedictio. Cuius commemorationem colimus, ipse gloriosus Pater noster intercedat pro nobis ad Dñm. Amen.

O laudanda sancti, Benedicti merita gloriosa! qui dum pro Christo patriam, mundique spreuit pompam: Adeptus est omnium cõtubernium beatorum. Et particeps factus præmiorum æternorū. Inter choros Confessorum splendidum possidet locum, vbi ipsum fontem omnium intuetur bonorum. Et particeps.

Pro

perducatur nos Rex Angelorum. *Beatus*

men.
Ex. II. Sanctissime confessor Christi Benedicte, Monachorum pater, & dux, Intercede pro nostra omniumque salute. *De*notæ plebi subueni sancta intercessione, vt tuis adiuta precibus regna caelestia consequatur. Intercede. Gloria Patri. *Intercede.*

In secundo Nocturno, Antiphona, & Psalmi vt in Psalterio.

Capitulum. Eccli 39. a. 3.
Iustus cor suum tradidit ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum: & in conspectu Altissimi deprecabitur. *Y.* Iustus germinabit sicut lilium. *Beatus* Et floreat in æternum ante Dominum.

Oratio. Intercessio nos. *vt supra.*
Ad Laudes, & per Horas, Antiphona.

Fuit vir vitæ * venerabilis, gratia Benedictus & nomine: qui ab ipso pueritiæ suæ tempore eorgerens fenile, ætatem moribus transiens, nulli animum voluptati dedit. *Psalmus.* Dominus regnauit. *cum reliquis de Laudibus.* 26. *Antiphona.* Beatus vir * Benedictus plus appetiit mala mundi perpeti, quam laudes; pro Deo laboribus fatigari, quam vitæ huius fauoribus extolli. *Antiphona.*

Gloriosus Confessor * Domini vitam Angelicam gerens in terris, speculum bonorum operum factus est mundo: & ideo cum Christo iam sine fine gaudet in caelis. *Antiphona.* Erat vir Domini * Benedictus vultu placido, moribus decoratus Angelicis: tantaque circa eum claritas excreuerat, vt in terris positus, in caelestibus habitaret. *Antiphona.* Vir Dei Benedictus * omnium iustorum spiritu ple-

nis fuit, ipse intercedat pro cunctis monasticæ professionis.

Capitulum. Beatus vir, qui inuentus est. *vt supra in Vesperis.*

Re. Beatus. Amavit eum Dominus, & ornauit eum. Amavit eum. *Y.* Stola gloriae induit eum. Et ornauit. Gloria Patri. Amavit eum. *Hymnus.*

Inter æternas superûm coronas, Quas sacro patas retinet agone, Emicas celsis metitis cotulcus, O Benedicte.

Sanctæ te complicit puerum senectus, Nil sibi de te rapuit voluptas, Aruit mundi tibi flos, ad alta *Mente leuato.*

H. Inc fuga lapsus, patriam, parentes Deseris, feruens eremi colonus, Edomas carnem, subigitque Christò Tortor acerbus.

N. Ne diu tutus latebras foueres, Signa te produnt operum piorum: Spargitur felix celeri per orbem *Fama volatu.*

G. Gloria Patri, genitæque Proli, Et tibi compar vtriusque tempus Spiritus alme, Deus vnus, omni *Tempore sæcli. Amen.*

Y. Iustum deduxit Dominus per vias rectas. *Beatus.* Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Benedictus, Antiphona. O Beati viri * Benedicti sancta præconia! ô inæstimabilis dilectio charitatis! qui dum sæculi pompam contempseris, æternæ vitæ conuincus es.

Oratio. Intercessio *vt supra.*
Deinde sunt Comemorationes consuetæ, vt supra dictus est in Vesperis.

Ad primam, Antiphona. Fuit vir vitæ, **Capitulum.** Regi sæculorum. *& alia vt in Psalterio.*

633

Ad Absolutionem Capituli, Lect.
Iustus deduxit Dominus. *vt infra
ad Nonam.*

Ad Terriam, Antiph. Beatus vir Bene-
dictus. *Capitulum. B* eatus vir, qui
inuentus est. *vt supra in Vespertis.*

V. Amavit eum Dominus, & orna-
uit eum. *R.* Stulam gloriæ induit
eum. *Oratio. I* ntercessio. *vt supra.*

Ad Sextam, Antiphona. Glorio-
sus Confessor.
Capitulum. *Eccli. 39. a. 6.*

Iustus cor suum tradidit ad vigi-
landum diluculo ad Dominum,
qui fecit illum: & in conspectu Al-
tissimi deprecabitur. *V.* Os iusti
meditabitur sapientiam. *R.* Et lin-
gua eius loquetur iudicium.

Oratio. I ntercessio. *vt supra.*

Ad Nonam, Antiph. Vir Dei.
Capitulum. *Sap. 10. b. 104*

Iustum deduxit Dominus per vias
rectas, & ostendit illi regnum
Dei, & dedit illi scientiam sancto-
rum: honestavit illum in laboribus,
& complevit labores illius. *V.* Lex
Dei eius in corde ipsius. *R.* Et non
supplantabuntur gressus eius.

Oratio. I ntercessio. *vt supra.*

Lectioes sequentes dicuntur
singulis mensibus in Officio sanctis-
simi P. N. Benedicti in Feria tertis
ordine subscripto.

MENSE IANVARIO.
Lectio j. de Scriptura corrente.

Incipit liber secundus Dialogorum
S. Gregorij Papæ. *Lectio ij.*

Fuit vir vitæ venerabilis, gratia
Benedictus & nomine: ab ipso
sua pueritiæ tempore cor gerens se-
nile. Ætatem quippe moribus trans-
iens, nulli voluptati animum dedit:
sed dum in hac terra adhuc esset, quo

temporaliter liberè uti potuisset, de-
spexit iam quasi aridum mundum cum
flore. Qui liberiori genere ex pro-
vincia Nursiæ exortus, Romæ libe-
ralibus litterarum studiis traditus
fuerat. Sed cum in eis multos ire
per abrupta vitiorum cerneret, eum
quem quasi in ingressu mundi posue-
rat, retraxit pedem: ne si quid de
scientia eius attingeret, ipse quoque
in immane præcipitium totus iret.
Despectis iraque litterarum studiis,
relictâ domo rebusque patris, solè
Deo placere desiderans, sanctæ con-
uersationis habitum quæsiuit. Re-
cessit igitur scienter nescius, & sapi-
enter indoctus.

Lectio iij. *Cap. i.*

Hic itaque cum iam relictis liti-
terarum studiis petere deserta
decreuisset, nutrix, quæ hunc ar-
ctius amabat, sola secuta est. Cum-
que ad locum venisset, qui dicitur
Enside, multisque honestioribus vi-
ris pro charitate se illic detinenti-
bus, in beati Petri Ecclesia demora-
rentur; prædicta nutrix illius ad pur-
gandum triticum à vicinis mulieri-
bus præstari sibi capisterium petiit,
quod super mensam incautè dereli-
ctum, casu accidente factum est, sic
ut in duabus partibus inueniretur
diuisum. Quod mox rediens nu-
trix illius, ut ita inuenit, vehemen-
tissimè flere cœpit, quia vas quod
præstitum acceperat, fractum vide-
bat. Benedictus autem religiosus,
& pius puer, cum nutricem suam
 flere conspiceret, eius dolori compas-
sus, ablati secum virisque fracti ca-
pisterij partibus, sese cum lacrymis
in orationem dedit: qui ab oratione
surgens, ita iuxta se vas sanum repe-
rit,

fit, vt in eo inueniri fracturæ nulla vestigia potuissent: moxque nutricem suam blandè consolatus, ei sanum capisterium reddidit, quod frantum tolerat. Quæ res in eodem loco à cunctis est agnita, atque in tanta admiratione habita, vt hoc ipsum capisterium eius loci incolæ in Ecclesiæ ingressu suspenderent: quatenus præsentis, & secuturi omnes agnoscerent, à quanta Benedictus puer conuersationis gratia perfectione cæpisset, quod annis multis illic ante omnium oculos fuit, & vsque adhæc Longobardorum tempora super fores Ecclesiæ pependit.

MENSE FEBRVARIO,

ante Quadragesimam.

Lectio de Scriptura currenti.

De libro secundo Dialogorum sancti Gregorij Papæ.

Lectio ij. Cap. I. ante med.

Sed Benedictus pl^o appetens mala mundi perpeti, quàm laudes: & pro Deo laboribus fatigari, quàm vitæ huius fauore extolli: nutricem suam occultè fugiens, deserti loci secessum petiit, cui Sublacus vocabulum est: qui ab Romana vrbe quadraginta ferè milibus distans, frigidæ atque perspicuæ emanat aquas: quæ illic videlicet aquarum abundantia in extenso lacu priùs colligitur, ad extremum verò in amnem deriuatur. Quò dum fugiens pergeret, monachus quidam Romanus nomine, hunc euntem reperit, quò tenderet requisit. Cuius cum desiderium cognouisset, & secretum tenuit, & adiutorium impendit: eique sanctæ conuersationis habitum tradidit, & in quantum licuit, ministravit. Vir autem Dei ad eundem

locum perueniens; in arduissimum specum se tradidit, & tribus annis, excepto Romano monacho, hominibus ibi incognitus mansit: qui videlicet Romanus non longè in monasterio sub Theodati patris regula degebat. Sed piè eiusdem patris sui oculis furabatur horas; & quem sibi ad manducandum surripere poterat, diebus certis Benedicto panem ferebat. Ad eundem verò specum à Romani cella iter non erat, quia excelsa desuper rupes eminebat; sed ex eadem rupe in longissimo fane ligatum Romanus depōnere panem consueuerat: in quâ etiam resti paruum tintinnabulum inseruit, vt ad eius sonum vir Dei cognosceret, quando sibi Romanus panem præberet, quem exigens acciperet. Sed antiquus hostis vnus charitati inuidens, & alterius refectioni; cum quadam die submitti panem conspiceret, iactauit lapidem, & tintinnabulum fregit. Romanus tamen modis congruentibus ministrare non desit.

Lectio iij.

Cum verò iam Deus omnipotens, & Romanum velle à labore quiescere, & Benedicti vitam in exemplum hominibus demonstrare: vt posita supra candelabrum lucerna claresceret, quatenus omnibus, qui in domo Dei sunt, luceret: cuiusdam presbytero longius manenti, qui refectionem sibi in Paschali festiuitate parauerat, per visum Dominus apparere dignatus est, dicens: Tu tibi delicias præparas, & seruus meus illo in loco fame cruciatur. Qui protinus surrexit, atque in ipsa solemnitate Paschali cum alimentis;

cxixj

quæ sibi parauerat, ad locum tetendit: & virum Dei per abrupta montium, per concaua vallium, per deforsa terrarum quæ fuit, eumque latere in specu reperit. Cùmque oratione facta, benedicentes Dominum omnipotentem confedisent, post dulcia vitæ colloquia, is qui aduenerat presbyter, dixit: Surge, sumamus cibum, quia hodie Pascha est. Cui vir Dei respondit, dicens: Scio quia Pascha est, quia hodie videre te merui. Longè quippe ab hominibus potestus, quia die eodem Paschalis solemnitas esset, ignorabat. Venerabilis autem presbyter rursus asseruit, dicens: Veraciter hodie Resurrectionis Dominicæ Paschalis dies est, abstinere tibi minimè congruit: quia & ego ad hoc missus sum, vt omnipotentis dona Dei pariter sumamus. Benedicentes igitur Dominum, sumperunt cibum. Expleta itaque refectione & colloquio, ad Ecclesiam suam presbyter recessit.

MENSE MARTIO,
ante Quadragesimam:

Lectio j. de Scriptura corrente.

De libro secundo Dialogorum sancti Gregorij Papæ.

Lectio ij. Cap. 3. in fine.

Cum sanctus vir diu in eadem solitudine virtutibus, signisque succresceret, multi ab eo in eodem loco ad omnipotentis Dei sunt seruitium congregati: ita vt illic duodecim monasteria, cum omnipotentis Iesu Christi Domini opitulatione cõstrueret: in quibus statutis patribus duodenos monachos deputauit, paucos verò secum retinuit, quos adhuc in sua præsentia aptius erudiri iudicauit. Cõpere etiam tunc ad eum

Romanæ vr̄bis nobiles & religiosi concurrere, suosque ei filios omnipotenti Deo nutriendos dare. Tunc quoque bonæ spei suas soboles, Euiusius Maurum, Tertullus verò patricius Placidum tradidit: è quibus Maurus iunior cùm bonis polleret moribus, Magistri adiutor cõcepit existere. Placidus verò puerilis adhuc indolis gerebat annos.

Lectio iij.

Cap. 4.

In vno autem ex eis monasterijs, quæ circumquaque construxerat, quidam monachus erat, qui ad orationem stare non poterat: sed mox vt se fratres ad studium orationis inclinabant, ipse egrediebatur foras, & mente vaga terrena aliqua, & transitoria agebat. Cùmque ab Abbate suo sæpius fuisset admonitus, ad virum Dei deductus est: qui ipse quoque stultitiam eius vehementer increpauit, & ad monasterium reuersus, viz duobus diebus viri Dei adomitionem tenuit. Nam die tertia ad vsu proprium reuersus, vagari tempore orationis cõcepit. Quod cùm seruo Dei ab eodem monasterij patre, quem constituerat, nunciatum fuisset, dixit: Ego venio, eumque per memetipsum emendo. Cùmque vir Dei venisset ad idem monasterium, & constituta hora, expleta Psalmodia, sese fratres in orationem dediscent; aspexit quòd eundem monachum, qui in oratione manere non potuit, quidam niger puerulus per vestimenti simbriam foras traheret. Tunc eidem patri monasterij Pompeiano nomine, & Mauro Dei famulo secretè dixit: Numquid non aspicitis quis est, qui istum monachum foras trahit? Qui respondentes dixerunt,

funt, Non. Quibus ait: Oremus,
vt vos etiam videatis, quem iste mon-
achus sequitur. Cùmque per bi-
duum esset oratum, Maurus mona-
chus vidit: Pompeianus verò eius-
dem monasterij pater videre non po-
tuit. Die igitur alia expleta oratione
vir Dei oratorium egressus, stantem
foris monachum reperit, quem pro
cæcitate cordis sui virga percussit:
qui ex illo die nihil persuasionis vl-
terius à nigro iam puerulo pertulit,
sed ad orationis studium immobilis
permanfit: sicque antiquus hostis do-
minari non ausus est in eius cogita-
tione, ac si ipse percussus fuisset ex-
verbere.

MENSE APRILI.

De libro quarto Regum.

Cap. 6. a. 1.

Lectio ij.

Dixerunt autem filij prophe-
tarum ad Eliseum: Ecce lo-
cus, in quo habitamus coram
te, angustus est nobis. Eamus vsque
ad Iordanem, & tollant singuli de
silua materias singulas, vt ædifice-
mus nobis ibi locum ad habitandum.
Qui dixit: Ite. Et ait vnus ex illis:
Veni ergo & tu cum seruis tuis. Re-
spondit: Ego veniam. Et abiit cum
eis. Cùmque venissent ad Iordanem,
cædebant ligna. Accidit autem, vt
cùm vnus materiam succidisset, ca-
deret ferrum securis in aquam: ex-
clamauitque ille, & ait: Heu heu heu
domine mi, & hoc ipsum mutuo ac-
ceperam. Dixit autem homo Dei:
Vbi cecidit? At ille monstrauit ei
locum. Precidit ergo lignum, & misit
illuc: natauitq; ferrum, & ait: Tolle.
Qui extendit manum, & tulit illud.

De libro secundo Dialogorum
sancti Gregorij Papæ.

Cap. 6.

Lectio ij.

Alio quoque tempore Gothus
quidam pauper spiritu, ad con-
uersionem venit: quem Dei vir Be-
nedictus libentissime suscepit. Qua-
dam verò die ei dari ferramentum
iussit, quod ad falcis similitudinem
falcastrum vocatur, vt de loco quo-
dam vepres abscinderet, quatenus il-
lic hortus fieri deberet. Locus autem
ipse, quem mundandum Gothus su-
sceperat, super ipsam lacri ripam iace-
bat. Cùmque Gothus idem densi-
tatem veprium totius virtutis annisu
succideret, ferrum de manubrio pro-
filiens in lacum cecidit, vbi scilicet
tanta erat aquarum profunditas, vt
spes requirendi ferramenti nulla iam
esset. Itaque ferro perduto, tremen-
dus ad Maurum monachum cucurrit
Gothus: damnum quod fecerat
nunciavit, & reatus sui egit pœni-
tentiam. Quod Maurus quoque mon-
achus mox Benedicto famulo Dei
curauit indicare. Vir igitur Domini
Benedictus hæc audiens, accessit ad
lacum: tulit de manu Gothi manu-
brium, & misit in lacum: & mox fer-
rum de profundo rediit, atque in ma-
nubrium intrauit. Qui statim ferra-
mentum Gorho reddidit, dicens:
Ecce labora, & noli contristari.

Lectio iij.

Cap. 8. prope fin.

Sanctus vir ad alia demigrans lo-
ca, non hostem mutauit. Nam
tantò post grauiora prælia pertulit,
quantum contra se aperte pugnan-
tem ipsum malitiæ magistrum inue-
nit. Castrum namque quod Cassi-
num dicitur, in excelsi montis latere
situm est: qui videlicet montis disten-
so sinu hoc idem castrum recipit, sed
per tria milia in altum se subiigens,

velut

velut ad aëra tacumēn tendit: vbi
vetustissimum sanum fuit, in quo ex
antiquorum more gentilium, à stul-
to rusticorum populo Apollo cole-
batur. Circumquaque etiam in cultu
dæmonum luci succreuerant, in
quibus adhuc eodem tempore infide-
lium insana multitudo sacrificiis sa-
cilegis insudabat. Illuc itaque vir
Dei perueniens contriuit idolum,
subuertit aram, succendit lucos, atq;
in ipso templo Apollinis, oraculum
beati Martini; vbi verò ara eiusdem
Apollonis fuit, oraculum sancti Io-
annis construxit, & commorantem
circumquaque multitudinem, præ-
dicatione continua, ad fidem vocabat.

MENSE MAIO.

De libro tertio Regum.

Lectio I. Cap. 17. c. 17.

FACTUM est autem post hæc æ-
grotauit filius mulieris matris-
familias, & erat languor fortif-
simus, ita vt non remaneret in eo ha-
litus. Dixit ergo ad Eliam: Quid
mihi & tibi vir Dei? ingressus es ad
me, vt rememorarentur iniquitates
meæ, & interficeres filium meum?
Et ait ad eam Elias: Da mihi filium
tuum. Tulitque eum de sinu eius, &
portauit in cœnaculum vbi ipse ma-
nebat, & posuit super lectulum suum.
Et clamauit ad Dominum, & dixit:
Domine Deus meus, etiamne vi-
duam, apud quam ego vteumque su-
stentor, affixisti, vt interficeres fi-
lium eius? Et expandit se, atque men-
sus est super puerum tribus vicibus,
& clamauit ad Dominum, & ait:
Domine Deus meus, reuertatur ob-
secro anima pueri huius in viscera
eius. Et exaudiuit Dominus vocem
Eliæ: & reuersa est anima pueri in:

tra eum, & reuixit. Tulitque Elias
puerum, & deposuit eum de cœna-
culo in inferiorem domum, & tradi-
dit matri suæ, & ait illi: En viuus fi-
lius tuus. Dixitque mulier ad Eliam:
Nunc in isto cognoui, quoniam vir
Dei es tu, & verbum Domini in ore
tuouerum est.

De libro secundo Dialogorum
sancti Gregorij Papæ.

Lectio II.

Cap. II.

RURSUM dum fratres parietem,
quia res ita exigebat, paulò al-
tius erigerent; vir Dei in oratio-
nis studio intra cellæ suæ claustra
morabatur. Cui antiquus hostis in-
sultans apparuit, & ei, quod ad la-
borantes fratres pergeret indicauit.
Quod vir Dei per nuncium celeriter
me fratribus indicauit, dicens: Fra-
tres, caute vos agite: quia ad vos hac
hora malignus spiritus venit. Is qui
mandatum detulit vix verba com-
pleuerat, & malignus spiritus eum-
dem parietem, qui ædificabatur, es-
uertit: atque vnium puerulum mona-
chum cuiusdam curialis filium op-
primens, ruina contriuit. Contristati
omnes, ac vehementer afflicti, non
damno parietis, sed contritione fra-
tris, venerabili patri Benedicto ce-
lenter cum graui luctu nunciârunt.

Lectio III.

TVNC idem pater Benedictus di-
laceratum puerum ad se deferri
iubet. Quem portare non nisi in sac-
co potuerunt: quia collapsi saxa pa-
rietis, non solum eius membra, sed
etiam ossa contriuerant. Præcepit
que vir Dei statim eum in cella sua
in psyacio, quo orare consueuerat,
proici: missisque foras fratribus cel-
lam clausit, qui orationi instantius
quàm

quàm solebat incubuit. Mira res, eadē hora hunc incolumem, atque ut prius valentem ad eundem iterum laborem misit, ut ipse quoque parietem cum fratribus perficeret, de cuius se interitu antiquus hostis Benedicto insultare credidisset.

MENSE IUNIO.

De Epistola prima beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

Lectio j.

Cap. 2. b. 9.

Scripum est: Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus iis, qui diligunt illum: nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum: Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? ita & quæ Dei sunt, nemo cognouit nisi Spiritus Dei. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis: quæ & loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina Spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes. Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei: stulticia enim est illi, & non potest intelligere: quia spiritualiter examinatur. Spiritualis autem iudicat omnia: & ipse à nemine iudicatur. Quis enim cognouit sensum Domini, qui instruat eum? Nos autem sensum Christi habemus.

De libro secundo Dialogorum sancti Gregorij Papæ.

Lectio ij.

Cap. 16.

Eodem quoque tempore quidam Aquinensis Ecclesiæ clericus à dæmonio vexabatur, qui à venera-

bili viro Constantio eiusdem Ecclesiæ antistite, per multa fuerat martyrum loca transfusus, ut sanari potuisset. Sed sancti Dei martyres noluerunt ei sanitatis donum tribuere; ut quanta esset in Benedicto gratia demonstrarent. Ductus itaque est ad omnipotentis Dei famulum Benedictum, qui Iesu Christo Domino precibus fundens, antiquum hostem de obfesso homine protinus expulit. Cui sanato præcepit dicens: Vade, & posthac carnem non comedas, ad sacrum ordinem numquam accedere præsumas: quacumque autem die ad sacrum ordinem accedere præsumperis, statim iuri diaboli iterum mancipaberis. Discessit igitur clericus sanus, & sicut terrere solet animalium poena recens, ea quæ vir Dei præceperat, interim custodit. Cum verò post annos multos omnes priores illius de hac luce migrassent & minores suos sibi met supponi in saceris ordinibus cerneret: verba viri Dei, quasi ex longo tempore oblitus postposuit, atque ad sacrum ordinem accessit: quem mox is, qui reliquerat diabolus tenuit; eumque vexare, quousque animam eius excuteret, non cessauit.

Lectio iij.

Iste vir Dei diuinitatis, ut video, etiam secreta penetrauit: qui perspexit hunc clericum idcirco diabolo traditum, ne ad sacrum ordinem auderet accedere. Gregorius. Quare diuinitatis secreta non nosset, qui diuinitatis præcepta seruaret, cum scriptum sit: Qui adheret Domino, vultus spiritus est cum eo? Sancti viri in quantum cum Deo vnum sunt, sensum Domini non ignorant. Nam i-

dem quoque Apostolus dicit: Quis enim igitur hominum, quæ hominis sunt, nisi spiritus hominis qui est in ipso? Ita & quæ Dei sunt, nemo cognouit, nisi spiritus Dei; qui ut se ostenderet nosse quæ Dei sunt, adsumit: Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est. Hinc iterum dicit: Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se: nobis autem reuelauit per Spiritum suum.

MENSE IULIO.

De libro tertio Regum.

Cap. 17. a. 8.

Lectio i.

Factus est ergo sermo Domini ad Eliam, dicens: Surge, & vade in Sarephthā Sidoniorū, & manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri viduæ vt pascat te. Surrexit, & abiit in Sarephthā. Cūq; venisset ad portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligans ligna, & vocauit eam, dixitque ei: Da mihi paululū aquæ in vase, vt bibam. Cūque illa pergeret vt afferret, clamauit post tergum eius dicens: Affer mihi, obsecro, & buccellam panis in manu tua. Quæ respondit: Vituit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem, nisi quantum pugillus capere potest farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho: en colligo duo ligna vt ingrediar & faciam illum mihi & filio meo, vt comedamus, & moriamur. Ad quam Elias ait: Noli timere, sed vade, & fac sicut dixisti: verumtamen mihi primūm fac de ipsa farinula subcinericium panem paruum, & affer ad me: tibi autem & filio tuo facies postea. Hæc autem

dicit Dominus Deus Israel: Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur vsque ad diem, in qua Dominus daturus est pluuiam super faciem terræ. Quæ abiit, & fecit iuxta verbum Eliæ: & commedit ipse, & illa, & domus eius: & ex illa die hydria farinæ non defecit, & lecythus olei non est imminutus, iuxta verbum Domini, quod locutus fuerat in manu Eliæ.

De libro secundo Dialogorum sancti Gregorij Papæ.

Lectio ij.

Cap. 21.

ALio quoque tempore in eadem Campaniæ regione fames incubuerat, magnaque omnes alimentorum indigentia coangustabat. Iamque in Benedicti monasterio triticū deerat: panes verò panis omnes consumpti fuerant, vt non plus quam quinque ad refectiois horam fratribus inueniri potuissent. Cūque eos venerabilis Pater contristatos cerneret, eorum pusillanimitatem studuit modesta increpatione corrigere, & rursus promissione subleuare, dicens: Quare de panis inopia vester animus contristatur? hodie quidem minus est, sed die crastina abundanter habebitis. Sequenti autem die ducenti farinæ modij ante fores cellæ in saccis inuenti sunt: quos omnipotens Deus, quibus deferentibus transmississet, nunc vsq; manet incognitum. Quod cū fratres cernerent, Domino gratias deferentes, didicerunt iam de abundantia nec in egestate dubitare.

Lectio iij.

Cap. 28. & 29.

EO quoq; tempor e quo alimentorum inopia Campaniam grauiter affligebat, vir Dei diuersis indigen-

digentib⁹ monasterij sui cuncta tribuerat, vt pænè nihil in cellario, nisi parum quid olei in vitreo vase remaneret. Tunc quidam subdiaconus Agapitus nomine aduenit, magnopere postulans, vt sibi aliquantulum olei dari debuisset. Vir autem Domini, qui cuncta decreuerat in terra tribuere, vt in cælo omnia reseruaret, hoc ipsum parum, quod remanserat olei, iussit petenti dari. Monachus verò, qui cellarium tenebat, audiuit quidem iubentis verba, sed implere distulit. Cùmque post paululū si id quod iusserat, datum esset inquireret, respondit monachus, se minime dedisse: quia si illud ei tribueret, omninò nihil fratribus remaneret. Tunc iratus, aliis præcepit, vt hoc ipsum vas vitreum, in quo parum olei remansisse videbatur, per fenestram proiicerent, ne in cella aliquid per inobedientiam remaneret. Factumque est. Sub fenestra autè eadem ingens præcipitium patebat saxorum molibus asperum. Proiectū itaque vas vitreum venit in saxis, sed sic mansit incolume, ac si proiectum minime fuisset, ita vt neque frangi, neq; oleum effundi potuisset. Quod vir Domini præcepit leuari, atque, vt erat integrum, petenti tribui. Tunc collectis fratribus, inobedientem monachum de infidelitate sua, & superbia coram omnibus increpauit. Qua increpatione completa, sese cū eisdem fratribus in orationem dedit. In eo autem loco, vbi cum fratribus orabat, vacuum erat ab oleo dolium, & cooperitum. Cùmque sanctus vir in oratione persisteret, cœpit operimentum eiusdem dolii oleo exrescente subleuari. Quo commoto at-

que subleuato, oleum quod excreuerat, ora dolii transiens, pauimentum loci, in quo incubuerat, inundabat. Quod Benedictus Dei famulus, vt aspexit, protinus orationem compleuit, atque in pauimentum oleum defluere cessauit.

MENSE AVGVSTO.

De Actibus Apostolorum.

Cap. 4. a 1.

Lectioj.

Vir autem quidam nomine Ananias, cum Saphira vxore sua, vendidit agrum, & fraudauit de pretio agri, conscia vxore sua: & afferens partem quamdam, ad pedes Apostolorum posuit. Dixit autem Petrus: Anania, cur tentauit satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, & fraudare de pretio agri? Nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate? Nō es mentitus hominibus, sed Deo, Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit & expirauit. Et factus est timor magnus super omnes qui audierunt. Surgentes autem iuuenes amouerunt eum, & efferentes sepelierunt. Factum est autem quasi horarum trium spatium, & vxor ipsius, nesciens quod factum fuerat, introiuit. Dixit autè ei Petrus: Dic mihi mulier, si tanti agrū vendidistis? At illa dixit: Etiam tanti. Petrus autem ad eam: Quid vtique conuenit vobis tentare Spiritum Dñi? Ecce pedes eorum, qui sepelierunt virum tuum, ad ostium, & efferent te. Confestim cecidit ante pedes eius & expirauit. Intrans autem iuuenes, inuenerunt illam mortuam, & extulerunt, & sepelierunt ad virum suum. Et factus est timor magnus in vniuersa Ecclesia, & in omnes qui audierunt hæc.

De

De libro secundo Dialogorum
sancti Gregorij Papæ.

Lectio ij. Cap. 30. & 31.

Qui deuota mente Deo adhærent, cum rerum necessitas ex-
poteat, exhibere signa modo utroque
solent, vt mira quæque aliquando ex
prece faciant, aliquando ex potesta-
te. Cum enim Ioannes dicat: Quot-
quot autem receperunt eum, dedit
eis potestatem filios Dei fieri: qui
filij Dei ex potestate sunt, quid mi-
rum si signa facere ex potestate vale-
ant? Quia enim utroque modo mi-
racula exhibeant, testatur Petrus,
qui Tabitham mortuam orando sus-
citauit: Ananiam verò, & Saphiram
mentientes morti increpando tradi-
dit. Neque enim orasse in eorum
extinctione legitur, sed solummodo
culpam quam perpetrauerant, incre-
passit. Constat ergo quòd aliquando
hæc ex potestate, aliquando verò ex-
hibentur ex postulatione, dum & istis
vitam increpando abstulit, & illi red-
didit orando. Nam duo quoque fide-
lis famuli Dei Benedicti facta nunc
replio, in quibus aperte clareat,
aliud hunc accepta diuinitus ex po-
testate, aliud ex oratione potuisse. Go-
thorum quidam Galla nomine per-
fidia fuit Arianæ, qui Totilæ regis
eorum temporibus, contra catholicæ
Ecclesiæ religiosos viros, ardore im-
manissimæ crudelitatis exarsit: ita
vt quisquis ei clericus, monachusue
ante faciem venisset, ab eius mani-
bus viuis nullo modo exiret. Qua-
dam verò die auaritiæ suæ æstu suc-
census, in rapinam rerum inhians,
dum quemdam rusticum tormentis
crudelibus affigeret, eumque per
supplicia diuersa laniet; victus po-

nis rusticus, sese, resque suas Bene-
dicto Dei famulo commendasse pro-
fessus est: vt dum hoc à torquente
crederetur, suspensa interim crude-
litate, ad vitam hora repararetur.

Lectio iij.

Tunc idem Galla cessauit rusti-
cum tormentis affigere, sed
eius brachia loris fortibus astringens,
ante equum suum cœpit impellere,
vt quis esset Benedictus, qui eius res
susceperat, demonstraret. Quem li-
gatis brachijs rusticus antecedens,
duxit ad sancti viri monasterium,
eumque ante ingressum cellæ solum
sedeatem reperit, & legentem. Ei-
dem autem subsequenti, & sætienti
Gallæ rusticus dixit: Ecce iste est
de quo dixeram tibi, Benedictus pater.
Quem dum seruido spiritu, cum
perueriæ mentis insaniam fuisset in-
tuitus, eo terrore quo consueuerat a-
stutum se existimans, magnis cœpit
vobis clamare, dicens: Surge,
surge, & res istius rustici redde, quas
accepisti. Ad cuius vocem vir Dei
protinus oculos leuauit à lectione,
eumque intuitus, mox etiam rusti-
cum, qui ligatus tenebatur, attendit.
Ad cuius brachia dum oculos de-
flexisset, miro modo tanta se celeri-
tate cœperunt illigata brachijs lora
deuoluere, vt dissoluti tam concite
nulla hominum festinatione potuis-
sent. Cumque is qui ligatus venerat,
cœpisset subito astare solutus, ad tan-
tæ potestatis vim tremefactus Galla
ad terram corruit, & ceruicem crude-
litate rigida ad eius vestigia incli-
nans, se orationibus illius commen-
dauit. Vir autem sanctus à lectione
minimè surrexit, sed vocatis fratri-
bus, eum introrsus tolli, vt benedi-
ctionem

tionem accepit
alle redactum,
tunc insaniam qui
moritur. Qui
veneris peccat
quem vir Domini
respicendo solum
quod dixi: quia
Deo familiaribus
mira facere eum
sunt. Qui enim
terribilis sedens
nobisque ligatus
brachijs adstrin-
tis, ipsa mira
quia ex potestate
quod fecit.

MENSE

De libro

Lectio ij.

Cumque

Vade ergo in

ti: Recte ne-

rum tuum.

Que respon-

venisset ad

apprehendit

Giezi vt am-

Dei: Dimi-

eius in ama-

celauit à me-

Que dixit

lym à Don-

dixi tibi: N-

ad Giezi:

tolle baculu-

vade. Si oc-

salures eum

piam, non r-

baculum m-

Porro mate-

Etionem acciperet, præcepit. Quem ad se reductum, vt à tantæ crudelitatis infania quiescere deberet, admonuit. Qui fractus recedens, nil vltèrius petere à rustico præsumpsit, quem vir Domini non tangendo, sed respiciendo soluerat. Ecce est Petre, quod dixi: quia hi, qui omnipotenti Deo familiaris seruiunt, aliquando mira facere etiam ex potestate possunt. Qui enim ferocitatem Gothi terribilis sedens repressit; lora verò nodòsque ligaturæ, quæ innocentis brachia adstrinxerant oculis dissoluit; ipsa miraculi celeritate indicat: quia ex potestate acceperat habere quod fecit.

MENSE SEPTEMBRI.

De libro quarto Regum.

Leitio j; Cap. 4. d. 25.

Cumque vidisset eam vir Dei è contrâ, ait ad Giezi puerum suum: Ecce Sunamitis illa. Vade ergo in occursum eius, & dic ei: Rectè ne agitur circa te, & circa virum tuum, & circa filium tuum? Quæ respondit: Rectè. Cùmque venisset ad virum Dei in montem, apprehendit pedes eius: & accessit Giezi vt amoueret eam. Et ait homo Dei: Dimitte illam: anima enim eius in amaritudine est, & Dominus celauit à me, & non indicauit mihi. Quæ dixit illi: Numquid petiui filium à Domino meo? numquid non dixi tibi: Ne illudas me? Et ille ait ad Giezi: Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade. Si occurrerit tibi homo, non salutes eum: & si salutauerit te quispian, non respondeas illi: & pones baculum meum super faciem pueri. Porrò mater pueri ait: Viuit Domi-

nus, & viuit anima tua, non dimittam te. Surrexit ergo, & secutus est eam. Giezi autem præcesserat ante eos, & posuerat baculum super faciem pueri, & non erat vox, neque sensus: reuerfusque est in occursum eius, & nunciauit ei, dicens: Non surrexit puer. Ingressus est ergo Eliseus domum, & ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius: ingressusque clausit ostium super se, & super puerum: & orauit ad Dominum. Et ascendit, & incubuit super puerum: posuitque os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius; & incuruauit se super eum: & calefacta est caro pueri. At ille reuersus, deambulauit in domo, semel huc atque illuc: & ascendit, & incubuit super eum: & oscitauit puer septies, aperuitque oculos. At ille vocauit Giezi, & dixit ei: Voca Sunamiticidem hanc. Quæ vocata, ingressa est ad eum. Qui ait: Tolle filium tuum. Venit illa, & corruit ad pedes eius, & adorauit super terram: tulitque filium suum, & egressa est, & Eliseus reuersus est in Galgala.

De libro secundo Dialogorum sancti Gregorij Papæ.

Leitio ij. Cap. 32.

Quodam die cum fratribus ad agri opera fuerat egressus: quidam verò rusticus defuncti filij corpus in vlnis ferens, orbitatis luctu æstuans, ad monasterium venit: Benedictum patrem quæsiuit. Cui cùm dictum esset, quia idem Pater cum fratribus in agro moraretur, protinus ante monasterij ianuam corpus extincti filij proiecit, & dolore turbatus, ad inueniendum venerabilem Patrem sese in cursum concitus dir.

dit. Eadem verò hora vir Dei ab agri opere iam cum fratribus reuertebatur. Quem mox vt orbatuſt ruficus aſpexit, clamare cœpit: Redde filium meum; redde filium meum.

Lectio ij.

V Ir autem Dei in hac voce ſubſtitit, dicens: Numquid ego filium tuum tibi abſtuli? Cui ille reſpondit: Mortuus eſt, veni, reſuscita eum. Quod vt mox Dei famulus audiuit, valde contriſtatuſt eſt, dicens: Recedite fratres, recedite, hæc noſtra non ſunt, ſed ſanctorum Apoſtolorum. Quid nobis onera vultis imponere, quæ non poſſumus portare? At ille, quem nimiuſ cogebat dolor, in ſua petitione perſiſtit, iurans quòd non recederet, niſi eius filium reſuscitaret. Quem mox Dei famulus inquiſiuit, dicens: Vbi eſt? Cui ille reſpondit: Ecce corpus eius ad ianuam monaſterij iacet. Vbi cum vir Dei cum fratribus perueniſſet, flexit genu, & ſuper corpusculum infantis incubuit, ſeſeque erigens ad cælum palmas terendit, dicens: Domine, non aſpicias peccata mea, ſed fidem huius hominiſ, qui reſuscitari filium ſuum rogat, & redde in hoc corpusculum animam, quam abſtulifti. Vix in oratione verba compleuerat, & regrediente anima ita corpusculum pueri omne contremuit, vt ſub oculis omnium qui aderant, apparuerit concuſſione mirifica tremendo palpitaffe. Cuius mox manum tenuit, & eum patri viuentem atque incolumem dedit.

MENSE OCTOBRI.

De Epiftola ſecunda beati Pauli Apoſtoli ad Corinthioſ.

Cap. 12. a. 1.

Lectio ij.

S I gloriari oportet (non expedit quidem) veniam autem ad viſiones, & reuelationes Domini. Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim, (ſiue in corpore neſcio: ſiue extra corpus neſcio, Deus ſcit;) raptum huiusmodi vſque ad tertium cælum. Et ſcio huiusmodi hominem, (ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio, Deus ſcit;) quoniam raptuſt eſt in paradifum: & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor: pro me autem nihil gloriabor niſi in infirmitatibus meis. Nam, & ſi voluero gloriari, non ero inſipiens: veritatem enim dicam: parco autem, ne quiſ me exiſtimet ſupra id quòd videt in me, aut aliquid audit ex me.

De libro ſecundo Dialogorum ſancti Gregorij Papæ.

Lectio ij.

Cap. 3. circa med.

V mque vir Dei Benedictuſ, quietſcentibus adhuc fratribus, inſtans vigiliis, nocturnæ orationis tempora præueniſſet; ad feneftram ſtans, & omnipotentem Deum deprecans: ſubito in tempeſta noctis hora reſpiciens, vidit ſuſam lucem deſuper cunctas noctis tenebras effuſgaſſe, tantòque ſplendore clareſcere, vt diem vinceret lux illa, quæ in tenebris radiat. Mira autem res valde in hac ſpeculatione ſecuta eſt: quia ſicut poſt ipſe narrauit, omniſ etiam munduſ velut ſub vno ſolis radio collectuſ, ante oculos eius adductuſ eſt. Qui venerabilis Pater, dum intentam oculorum aciem in hoc ſplendore coruſcæ lucis inſingeret; vidit Germani Capuani Epifcopi animam in ſphæra ignea ab Angelis in cælum

Cælum ferri. Tunc tanti sibi testem volens adhibere miraculi, Seruandum diaconum, iterato bis terque eius nomine, cum clamoris magnitudine, vocauit. Cùmque ille fuisset insolito tanti viri clamore turbatus, ascendit, respexit, partemque iam lucis exiguum vidit. Cui tantum hoc obstupescenti miraculum, vir Dei per ordinem, quæ fuerant gesta, narrauit: statimque in Cassinum castrum religioso viro Theoprobe mandauit, vt ad Capuanam urbem sub eadem nocte transmitteret, & quid de Germano Episcopo ageretur, agnosceret, & indicaret. Factumque est, & reuerendissimum virum Germanum Episcopum, is, qui missus fuerat, iam defunctum reperit: & requirens subtiliter, agnouit eodem momento fuisse illius obitum, quo **vir Domini eius agnouit ascensum.** *Lectio iij.*

Fixum tene, Petre, quod loquor: quia animæ videnti Creatorem, angusta est omnis creatura. Quàmlibet etenim parum de luce Creatoris aspexerit, breue ei fit omne quod creatum est: quia ipsa luce visionis intimæ mentis laxatur sinus, tantùmque expanditur in Deo, vt superior existat mundo: fit verò ipsa videntis anima etiam super semetipsam. Cùmque in Dei lumine rapitur, super se in interioribus ampliat: & dum sub se conspicit exaltata, comprehendit quàm breue sit, quod comprehendere humiliata non poterat. Vir ergo Dei, qui in turri globū igneum, Angelos quoque ad cælum redeuntes videbat; hæc procul dubio cernere, non nisi in Dei lumine poterat. Quid itaque mirum, si mundum ante se collectum vidit, qui

subleuatus in mentis lumine extra mundum fuit? Quòd autem collectus mundus ante eius oculos dicitur, non cælum & terra contracta est, sed videntis animus est dilatatus: quoniam in Deo raptus, videre sine difficultate potuit omne quod infra Deum est. In illa ergo luce, quæ exterioribus oculis fulsit, lux interior in mente fuit, quæ videntis animum cùm ad superiora rapuit, ei quàm angusta essent omnia inferiora, monstrauit.

MENSE NOUEMBRI.

*Lectio prima de Scriptura
cuiusdam.*

De libro secundo Dialogorum
sancti Gregorij Papæ.

Lectio ij.

Cap. 37.

Eodem verò anno, quo de hac vita erat exiturus, quibusdam discipulis secum conuersantibus, quibusdam longè manentibus, sanctissimi sui obitus denunciavit diem: presentibus indicens, vt audita per silentium tegerent; absentibus indicans, quod vel quale eis signum fieret, quando eius anima de corpore exiret. Antesextum verò sui exitus diè, aperiri sibi sepulturam iubet. Qui mox correptus febribus, acri cœpit ardore fatigari. Cùmque per dies singulos languor ingrauesceret, sexta die portari se in oratorium à discipulis fecit, ibique exitum suum Dominici corporis & sanguinis perceptione munuit; atque inter discipulorum manus imbecillia membra sustentans, erectis in cælum manibus stetit: & vltimum spiritum in verba orationis efflauit. *Lectio iij.*

Qua scilicet diè duobus de eo fratribus, vni in cella commoranti,

ranti, alteri autem longius posito, reuelatio vnius atque indiffimilis visionis apparuit. Viderunt namque quia strata palliis, atque innumeris corufca lampadibus via, recto Orientis tramite ab eius cella in cælum vsque tendebatur. Cui venerando habitu vir desuper clarus afflatus, cuius esset via, quam cernerent, inquisiuit. Illi autem se nescire professi sunt. Quibus ipse ait: Hæc est via, qua dile-

ctus Domino cælum Benedictus ascendit. Tunc itaque sancti viri obijtum, sicut præsentis discipuli viderunt, ita absentes ex signo, quod eis prædictum fuerat, agnouerunt. Sepultus verò est in oratorio beati Ioannis Baptistæ, quod destructa ara Apollinis ipse construxit. Qui & in eo specu, in quo prius habitauit, nunc vsque (si petentium fides exigat) miraculis corufcat.

OFFICIUM PARVVM

BEATÆ MARIÆ.

NON dicitur, quando fit Officium xij. Lectionum, nec in Vigilijs Natiuitatis Domini, Epiphaniæ, & Pentecostes, nec in Ferijs maioris Hebdomadæ, nec in Feria vi. post Octauam Ascensionis, nec infra Octauas, nec in Sabatis quando fit Officium de S. Maria. Quibus diebus omittitur à i. Vesp. & in Vigil. Natiuitat. à Martino. Cum dicitur in Choro, in Matutinis & in Vesp. præponitur Officio diei; in alijs Horis postponitur. Prima dicitur post Benedicamus Domino, antequam legatur Martyrolog. Extra Chorum dici potest pro temporis opportunitate.

OFFICIUM BEATÆ

MARIÆ EXTRA ADVENTUM.
AD MATVTINVM.

Aue Maria, secretò Et dicitur semper in principio omnium Horarum B. Mariæ, quando non coniunguntur cum Officio diei.

Domine labia mea aperies. Et os meum annuntiabit laudem

tiam. Deus in adiutorium meum intende. **V.** Domine ad adiuuandum me festina. **G**loria Patri, &c. **Alleluia.** Ad omnes Horas per totum annum, præterquam à Septuages. vsque ad Sabb. sanctum, eius loco tunc dicitur, Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.

Inuitat. **A**ue Maria gratia plena: **D**ominus tecum. **Psalm. V** enite, exultemus. 14.

Hymnus.

Quem terra, pontus, æthera
Colunt, adorant, prædicant,
Trinam regentem machinam
Claustrum Mariæ baiulat.

Cui luna, sol, & omnia
Deseruiunt per tempora,
Perfusa cæli gratia,
Gestant puellæ viscera.

Beata mater munere
Cuius, super nus artifex
Mundum pugillo continens,
Ventris sub arca clausus est.

Beata cæli nuncio,
Fecunda sancto Spiritu,

Dei